Rx 8. dec. 1676.
à Kindsotio.

Resp.

Principe ab incano si dissentire Senatus
 Pace parum vestrâ, dux venerande, licet;
Inter avum, patruumque loqui si vera nepoti:
 Judice me, potior caussa parentis erit.
Libera nam poterat, poterat non nubere nato,
 Annalevit nimium sponsa, noverca, nurus,
Non posset non esse precis, iam sponsa parentis,
 Si rediviva foret certa noverca sui.

...xvi,

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 1886
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/7039

Kinckotij.

In obitum

D. Gysberti Voetij

Epigramma

Cum mors atra caput tristi circundaret umbrâ,
Fila parans magni scindere sancta senis,
Postremo asserti metuens pro vindice cultûs,
Relligio, niveas imbre rigata genas,
Adstat inops animi, fatique oblita, suique
Protegit emeritum corpore tota virum.
Ut tamen exanimem vita inculpata reliquit,
Invidiæ mortem prostitat orba ream;
Terque loqui conata, loqui ter destitit, et vix,
Quid petis, heu, inquam, dixit, iniqua, meum!

Pridie Eidus Nov. CIƆIƆCLXXVI.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 1886
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/7039

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 1886
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/7039

11. dec. 76.

€

Speraveram, vir nobilissime, te Thaumantiæ precibus aliquid saltem fuisse daturum: sed spe meâ penitus me excidisse comperio. Erat tamen materia Decano nostri collegij dignissima; et author, et argumenta palladij merebantur, ut ibi tu nervos intenderes tuos. Animus itaque est ad alium me conferre: clarissimam ergo Heinsium adibo, Thaumantiæ nostræ causam, quantâ potero operâ commendaturus; et extorquebo vel ab ægroto patrocinium hactenus indefensæ. Si flectere nec illum queo, in auxilium vocabo virum quendam eruditum, qui degit Amstelodami, cuius non occurrit nomen, sed perplacent in scribendo dotes. præter tuum, et illorum stilum, nullius ego quidem novi, cui haec cardua (ut tibi videtur, nec ego multum repugno) provincia digne commendetur. Et ne me pruriginis, vel pertinaciæ accuses, in Thaumantiâ causâ avi mei integritas, quæ apud omnes sæculi sui bonos, nec solum apud Illustrissimos, Guilielmum, et Mauritium principes (absit dicto invidia) illibata fuit, versatur, et tantum non patitur. Nec ulterius tempora tua morabor, sed coronidis loco hoc non cuivis Oedipo solvendum apponam, facillimè, et minimo negotio, et nobis, et conleijs, nec verbum amplius addam,

Anna duos viduos, ~~nulli~~ neutri sociata, reliquit:
Viva volens natum, morte coacta patrem.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 1886
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/7039

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 1886
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/7039

voorden Heere van Zuijlichem

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 1886
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/7039

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 1886
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/7039

Aen den welEdelen
Heere van Zuijlichem.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 1886
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/7039

8

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 1886
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/7039

Jn handen van den Welled:
Heere van Zuijlichem.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 1886
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/7039